



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

V.6. Parâsti in conspectu meo mensam adversùo eos, qui tribulant me.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

V. 9. *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.*

Paraphrasis.

Licet iusticiam & bonitatem tuam simul consideranti trepidatio & angustia se insinuent. Evanescent tamen umbræ timoris ejusmodi, quæ plenam minuunt in te mi JESU confidentiam. Imò cælesti me consolatione perfundis, dum pastoralis cura tua ac potestas, quin & Crux sancta tanquam baculus, quò Dæmon abigitur, menti occurrit, & hæc cogitatio, quòd omnis mihi immissa adversitas, hæc ipsa mors, virga sit, quâ punis in hac vita, ut in ætèrnum serves, animum subit.

V. 6. *Parâsti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me.*

Paraphrasis.

Qui me oviculæ instar in opima S. Ecclesiæ tuæ pascua ducere, & in via purgativa juvare dignatus es, jam grandiore factum velut gratissimus hospes lautâ mensâ tanquam amicum excipis, & in hac fatali hora tot hostibus impetum corpore & sanguine tuo reficis frustra fremantibus iis, qui sibi oculos esse in animam meam aditus intelligunt.

V. 7. *Impinguâsti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus est.*

Paraphrasis.

Hoc in cælesti mensa menti meæ selectissimas Spiritûs S. gratias affudisti, quibus velut inua-